



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

De fide, quæ est uniu[m] & p[re]cipuu[m]dono[rum] Sp[irit]us S. q[uo]d  
ip[s]a in sanctis antiquis p[atr]ibus primis tanti sacramenti tantæ salutis  
præparatio fuerit

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

**XLIII. RUPER. ABBA. DE GLORIFI. TRINI.**

pulchritudo iustitiae in uerbo crucis, de quo tunc loquebatur apostolus dicens. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui sunt, id est nobis, virtus dei est & de quo uidelicet uerbo crucis mentio nunc nobis occurrit, contemplantibus illud consilium trinitatis, quod admiramus cum propheta dicentes. Quis confiliarius eius fuit, & ostendit illi? Audemus nos adiungere, his qui dicunt, nobis autem reuelauit deus per spiritum suum: audiuiimus enim dicentem dei filium, cum dignaretur baptizari a Iohanne, nimirum baptismu poenitentiae. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Audiuiimus & Apostolum dicentem, quia decebat eum autorem salutis per passionem consummari, quae uidelicet passio poenitentiae illius, quam ob implendam omnem iustitiam suscepit, consummatio fuit.

Esa. 40.  
Match. 3  
Hebr. 2.

**B**eilla ironia dei sue sancte trinitatis, qua dixit, Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum & malum, cum iam premisset, quia puluis es & in puluerem reuertaris, et quomodo illa ironia in serum conuersa est, quando nouis Adam Jesus Christus factus est una persona ex tribus personis sancte trinitatis. Cap. IX.

Filius dei factus quasi Adam, ut Adae resieret unus ex nobis. Ef. 5:3

Psalm. 50

I. Iohan. 3,

Ordo iusticie in reparacione hominis.

Esa. 1:4.

**N**on ergo dubitamus, quia simul ut sancta trinitas hanc ironiam edixit. Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum, cum iam premississet, quia puluis es, & in puluerem reuertaris, iamque fecisset Adae & uxori eius tunicas pellicias, & induisset eos, taliter in eodem consilio retractatum est, ut diceret. Non est Adam factus ut putabat, quasi unus ex nobis, immo amisit illud quod habuerat, uel habere potuerat ex nobis. Sed decet nos implere omnem iustitiam, taliter, ut unus ex nobis fiat quasi Adam, id est, ita fiat homo, ut sit etiam mortalis secundum carnem sicut Adam, & tali morte moriatur, quasi sceleratus sicut est Adam, & inter iniquos reputetur, qualium omnium exemplum est Adam. Per hoc enim fiet, ut quam multi filii Adam, siant, quasi unus ex nobis, nequamquam a sua spe decepti, sicut decepti est Adam, siant inquam quasi unus ex nobis, id est siant filii dei per gratiam, fratres & coheredes unicus filii, qui est unus ex nobis. Nonne sic est factum? Non ergo dubitamus in illo trinitatis consilio sicuisse dictum siue tractatum, filius dei unus ex illis tribus personis, bonum pro malo, id est gratiam pro rapina reddidit homini, factus quasi Adam. Unde & dicit: Oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde, id est mortuus morte animae, & factus sum tanquam uas perditum, nimirum ut fuit Adam, & estimatus sum cum descendentiis suis in lacum, qualium primus factus est Adam, & factus sum, id est, reputatus sum sicut homo, subauditur sine adiutorio, subauditur diuino, & sicut uulnerati dormientes in sepulchris, id est, oppressus tam aequalibus peccatis quam & peccato originali, quod fecit Adam cum esset inter mortuos liber, uidelicet potestatem habens sumendi animam meam post mortem, quae libertas mortuorum non est. Ita plane factum est, ac perinde conuersa est ironia illa in serum, ut ueraciter dicas, o trinitas deus, ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, id est, homo in unitatem personae proiectus est in filio, qui unus ex nobis est, homo inquam filius dei factus est, & hic est nouis Adam, multorum filiorum pater, quorum uniuersitas, quasi unus ex nobis est, id est, filio dei similis est. Hinc est illud quod dicit. Scimus quia quum apparuerit similes ei erimus, quia uidebimus cum sicuti est.

**B**e fide que est unum & precipuum donorum spiritus sancti, quod ipsa in sanctis antiquis, in patribus primis tanti sacramentis salutis preparatio fuerit

Caput X.

**A**d tam mirum tamen ineffabile sacramentum, nimis & grandi preparatione opus erat. Quia uel cuiusmodi preparatione, nisi fidem, denique per culpam perfidiae & ambitionis nimirum se se indignum deo fecerat Adae, credendo serpenti magis quam deo, & amiendo celitudinem illam quam primus ambivit ille, dicens in corde suo, ero similis altissimo. Quid enim aliud mendax ille promisit? dicendo eritis sicut di. Ergo contra, preparatione opus erat fidei & humilitatis, ut saluo ordine iustitiae dignos se redirent filii hominum illa gratia, quam proposuerat sapientia, qua intelligimus & scimus ipsum esse dei

esse dei filium dicens (ut superius memoratum est) & deliciæ meæ esse cum filiis homi<sup>z</sup> Prover. 8  
num. Vnde hæc præparatio scilicet fides nisi ex dono tuo uenit o spiritus dominus Hæc  
enim de diuisionibus gratiarum, quas tu operaris, una & optima est, dicente Apostolo: 1.Cor. 1=2  
Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum  
eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, & cetera, quarum uidelicet gratiarum nu- Heb. 11  
merum nouarium pulchre (ut arbitramur) superius assimilari diximus novem nomini<sup>z</sup> Fidei cōmētis  
bus ordinum angelorum. ¶ Cum igitur dicit idem Apostolus: Fide plurimam hostiam  
perhibente deo muneribus eius, et per illam defunctus adhuc loquitur, fide Enoch trans- datio i prib<sup>y</sup>  
latus est ne uideret mortem & non inueniebatur, quia translulit illum deus. Ante transla- tio[n]em ergo  
tionem enim testimonium habebat placuisse deo: sine fide autem impossibile est placere deo:  
Cæ (in quam) hæc & cetera dixit, admirationem nobis adauget, ut dicamus magis ac mai- gis, sicut supra memoratus Propheta dicit: Quis adiuit spiritum domini? In uno ubi erant  
illi adiutores tui o spiritus domini. ¶ Quo uel qualium unus loquitur Apostolus, dei em̄ 1.Cor. 3  
sumus adiutores, subiungens, dei agricultura estis, dei ædificatio estis secundū gratiā quæ  
data est mihi, ut sapientias architectus fundamentū posui, aliis autem superædificat. Vbi (in q)  
erant, quando ponebas illa fundamenta terræ, illos primos secundum fidem patres Eccle- fia<sup>z</sup> Nā hodie ubicūq; fundamentū hoc ponitur, ubicunq; fides fundatur, multi eiusmodi  
adiutores sunt, multæ uoces prædicatorum, multi libri Prophetarum & Apostolorum,  
multa signa frequentia ad confirmationē dictorum. At uero tunc quis te adiuit o spiritus  
domini? Quid habuisti huiusc adiutorij? Tu solus absq; libris, absque signis uel portentis  
scripsisti, ut es eligitus dei in cordibus eoz scripturam hanc, id est, fidei scientiam, per quā  
uel in qua testimonium consecuti sunt seines (ait idem Apostolus) scilicet Abel & cæteri Heb. 11  
antiq; patres usq; ad Moy sen, quoq; in cordibus absq; libris ceterisq; adiumentis funda-  
mentum hoc, te ponente fundatum est.

¶ Quod illo tempore non solum fides, verum etiam prophetia ante diluvium san-  
ctis illis a sancto spiritu data fuerit, prout voluit: & de sacramento nu-  
meri, quo ait Lamech, septuplum ultio dabitur de Chain

de Lamech vero sepruagies septies. Ca.XI.

Aeterorum quoq; charismatum non nihil iam tunc temporis senib; siue pa- Scia tā diuīa,  
tribus illis diuisit idem spiritus sanctus, prout uoluit, scilicet prophetiam siue sci- q; hūana i pri-  
entiam diuinam. Nam scientiam humanam non adeo nos hic attendimus, quā bus antiquis  
humano plætunq; ingenio consequuntur, & illi qui sunt sine fide uel expecta- Gene. 4.  
tione huic paracleti. Verbi gratia musicā, cuius ita meminit scriptura in illo, qui septimus Mysteriū i his  
fuit à Chain. Et nomen fratris eius, uidelicet Iubal, fuit Tubal, ipse fuit pater canentium ci- nūeris septies  
thara & organo. ¶ Diuinam autem scientiam dicimus, quæ diuinum aliquid siue spiritus se- & sepruagies  
sapit, ut est illud: Septuplū (ingt Lamech) ultio dabif de Chain: de Lamech uero septua- septies  
gues septies. Huius nanq; dicit meminisse, et huc respicere dignatus est ipse dñs, qui ferent ibidem.  
hil absq; scripturaz autoritate loquebat, dū Petro dicenti: dñe, quoties peccabit in me fra- Mat. 18.  
ter meus, & dimittā ei, usq; septies, ita respondit: Non dico tibi Petre usq; septies: sed usq;  
septuagies septies. Diuinus nanq; sensus in verbis istis latet, qui ex ratione numerorū facile  
colligi potest. Nā septenarius numerus, in quo est positū peccatum Chain, dicendo, septies  
ultio dabitur de Chain, insolubilis est: necq; enim partes habet mediā aut tertiā, aut alias præ-  
ter solas unitates. Numerus uero septuagesimus septimus præter unitates habet etiam alias  
as partes in quas resoluatur, scilicet septenarium, & undenarium. Denique septies unde-  
cies siue undecies septies. lxx. septem sunt. Recte ergo & pulchre, sicut per septenarium  
in quo numero (sicut iam diximus) signatum est peccatum Chain, insolubilis intelli- Proprietatē  
gitur ultio, quæ de ipso data est, eo quod incipiens fuerit, & per. lxx. septem, in quo  
numero positū est vulnus siue liuor Lamech, dicendo, de Lamech uero. lxxvii. insolubilis in- Enoch  
teligit ultio, i. quā aliquā terminet uel finiet remissio, & hoc ēē qd dominus dixit Petro, nō  
dico tibi septies, sed usq; septuagies septies, id est, non cuiquam impenitenti, sed omni  
penitentiā agenti dimittes. ¶ Prophetiā quoq; qui illius hoib; nō oino defuisse, uel illud  
pro ex?